Ancipites productæ in recto, ſi declinentur purè, ferè communes ſunt; ut, Δρῦς, δρυός. Sic ναῦς, ναός.

Anceps ante duplicem in ultimâ recti plerunque breviatur in obliquis; ut, Ἄυλαξ, αὔλακος· Στύξ, στυγὸς.

* Exci μύλη, γ πλυνός.

Sed

Sed nomina in ιξ, -ιγος, Gentilia in -ιξ, -ικος, & quælibet in υξ, -υκος penultimam obliquorum producunt.

Υρ denique longum in recto corripitur in obliquis; ut, Πῦρ πυρός.

www.libtool.com.cn

In *Incrementum Verborum* Quantitas penultimæ manet in Præſenti & Imperfecto per omnes voces & modos; ut, Κρίνω, ἔκρινον. Et in temporibus cognatis; ut, Ἔτυπτον, τυπῶ.

Quantitas Indicativi ſervatur in ſimilibus temporibus aliorum modorum, uti & in Participiis; ut, κρίνω, -ε, -οιμι, &c.

Penultima Indefiniti primi longa eſt in conjugatione quarta; ut, Ἔκρινεν μέγα νῖκος. Sed in tertiâ conjugatione, penultima tam Futuri quàm Indefiniti primi, frequentiùs brevis; ut, Ἦν σὺ κακῶς δικάσῃς. In verbis autem, quorum thema exit in ω purum, α penultima poſt ρ, vel vocalem, communis eſt. ι & υ ſæpius longæ ſunt.

Penultima Perfecti Activi aut Medii plerunque brevis eſt; ut, Τέτυφα, τέτυπα. Niſi quod anceps thematis trium priorum conjugationum uſu longa vel communis quantitatem retinet: ut, Βέβριθεν ἀλωά.

Penultima tertiæ Pluralis in -ασι longa eſt.

Propria reduplicatio verborum in -μι, niſi obſtet poſitio, brevis eſt; ſed impropria communis; ut, Ἔργα τίθησιν, ἀφίει.

A characteriſtica primæ Verborum in -μι ubique corripitur extra Subjunctivum & Participia Activa.

Υ Verborum in μι in Indicativo ſingulari Activæ vocis producitur, in cæteris corripitur. Sed in Diſſyllabis Vocis Activæ ubique producitur; ut, Ἐδύτην.

Anceps immutabilis ubique producitur quando mutabilis in ſuam longam vertitur; ut, Ἀΐον.

Derivata cum primitivis & compoſita cum ſimplicibus eandem quantitatem plerunque ſortiuntur. Excipe πᾶν, ut, Πρόπαν ἦμαρ.

### *Ancipitum Quantitas in ultimis Syllabis.*

Si anceps ſit longa in ultimâ vocis rectæ, manet longa plerunque in ultimâ vocis variatæ. Si brevis vel communis, quantitatem ſervat in Acc. & Voc. ſingularibus.

Nomina

Nomina quæ duas habent terminationes in recto longa ſunt; ut, Ἀκτὶς & ἀκτίν.

Finita in -α -αν -αρ, in -ι -ιν -ις, in υ, & -υς corripiuntur; ut, Τράπεζα, ἄν, αὐτὰρ, μέλι, πᾶλιν, πόλις, σὺ, βαθύς.

www.libtool.com.cn

Sed producuntur ſequentia (1.) in -α, viz. in -ία, άα, -δα, & pleraque in -ρα, non præcedente diphthongo; ut, Χαρά. Et in -εια, exceptis quæ manant ab Adjectivis in -ης, & Fœmineis; ut, Ἀλήθεια, ἱέρεια. Item in ια, præter verbalia in -τρια. Omnia itidem Fœminina ab Adjectivis in ος præter δῖα, πότνια, ἴα & μία. Dualia denique in -α.

(2.) In -αν Maſc, ut, Τιτὰν, & Adverbia, præter ὅταν *quando*.

(3.) Monoſyllaba in -αρ & -ις, præter δίς, τίς.

(4.) Adverbia oxytona in -τὶ, in -σὶ non item.

(5.) Nomina in -ιν -ινος, -υν -υνος.

(6.) Diſſyllaba pleraque fœminina, acutitona in -ὶς, -ίδος, penultimâ longâ, & hyperdiſſyllaba, penultimâ & antepenultimâ brevibus, producunt ultimam; ut, Κληὶς, κνημίς. In -ις -ιθος omnia; ut, Ὄρνις.

*Ultimo*, Subſtantiva oxytona, quæ declinantur per -ύος [exceptis ἰχθὺς, ὀφρὺς alicubi, ſic χέλυς.]

Finita in -ας & -υρ producuntur: Excipe (1.) corripiuntur in -ας nomina impariſyllabicè inflexa, quæ non formant Genitivum in αντος· ut, Λαμπάς· (2,) Accuſativi plurales in -ας impariſyllabicè flexorum, & Adverbia in -ας.

Hactenus de commmuni loquendi formâ, à quâ duplex fit variatio, per Figuras & Dialectos.

## FIGURÆ Dictionis

Ex Latinis peti poſſunt, numero ſcilicet novem, quarum apud Græcos frequentior uſus eſt in cauſis ſequentibus.

*Protheſis* τῦ ε uſitata eſt in verbis; ut, Ἐέλδομαι, ἔειπα.

Primæ ſyllabæ ſeu conſonæ iteratio *Anadiploſis* dicitur.

*Aphæreſis* reduplicationis Perfecti dicitur Ἄρνις· ut, Δἰχθαι, δέχθαι.

Epentheſis

*Epentheſis* τῦ ι poſt ε & τῦ υ poſt ο frequens eſt apud Poetas & Ionas; ut, Ξεῖνος, νῦσος pro ξένος, νόσος.

*Syncope* uſitatiſſima eſt in Genitivis tertiæ, ε, δ, vel τ interemptis; ut, Πατρὸς pro πατέρος, τίγριος pro τίγριδος.

www.libtool.com.cn

*Paragoge* ſyllabæ θα frequens eſt in verbis; ut, ἦσθα pro ἦς· & ſyllabæ φι vel φι in nominibus, quæ proinde indeclinabilia ſunt, ſed per omnes numeros & caſus uſitata; ut, Στήθεσφι, *pectus, oris, ra,* &c.

*Apocopen* uſitatiùs ſuſtinent nomina tertiæ per omnes caſus ſingulares; ut, Δῶ, Αἴαν, pro Δῶμα, Αἴαντος.

Tranſpoſitio literarum. *Metatheſis* crebrò committitur ante vel poſt ρ· ut, Κάρτος pro κράτος, ἔδρακον pro ἔδαρκον.

Commutatio literarum. *Antitheſis* τῦ σ pro ρ, & ττ pro σσ admodum frequens eſt; ut, Πόῤῥω, θάλαττα, pro πόῤῥω, θάλασσα. Mutatio terminationis in Dativis dicitur *Metaplaſmus*; ut, Σάββασι pro σαββάτοις, παρθένι pro παρθένῳ.

*Tmeſis* paſſim apud Poetas & fere ſolos.

Hiſce addenda *Synalœpha*, etiam apud Oratores uſitatiſſima; nempe in fine dictionum Vocalis naturâ vel uſu brevis (apud Poetas etiam αι diphthongus) ante vocalem vel diphthongum ſequentem eliditur; ut, Ἐπ᾽ ἐμέ. Eliſionum pro arbitrio negligunt Poetæ. Oratores conſtantiùs obſervant in præpoſitionibus; apud utroſque tamen περὶ & πρὸ, apud Oratores ἀμφὶ vix mutilatur. Synalœpha propriè dicta dictiones (poſt factam Thlipſin, Synæreſin, vel Craſin) in unam contrahit.

*Thlipſis* fit eliſâ vocali, vel per Apocopen; ut, Τἀργύριον· vel per Aphæreſin; ut, Τἀμά.*

*Synæreſis* (tametſi infrequens in hoc caſu) duas vocales in diphthongum contrahit; utrâque ſervatâ; ut, Θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον.

*Craſis* uſitatiſſima eſt, mutatis vocalibus, vel in unam aliam, vel unâ in aliam, ι diphthongi (ſi exciderit) ſubſcripto; ut, Ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι. Servatur etiam ſpiritus vel ſuperne pictus, vel mutatâ tenui in ſuam aſpiratam. Amittitur frequentius in τῦτέςι.

* Καὶ, ſequente α, ι, ει, fit χα ſequente οἱ vel ὁ, χῳ.

## *Figuræ Syntaxεως.*

Enallage, Elleipſis, Pleonaſmus ex Latinis notæ.

*Frequens* eſt *Enallage* (1.) Numeri. Dualia cur pluralib

pluralibus cohærent apud Poetas; ut, Καμέτην δέ μοι ἵπποι.

(2.) Casûs. Voc. pro Nom. ponitur; ut, Ἐυρύοπα Ζεύς.

(3.) Modi. Infinitivus ſæpiſſimè loco Imperativi ponitur; ut, Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως.

www.libtool.com.cn

Eſt etiam in Nominibus *Enallage* Generis, imò ſimul Generis & Numeri; in Verbis, Temporis & Vocis, ſive Significationis ſatis frequens.

*Elleipſis* Nominis frequens eſt in adjectivis vel articulis fœmininis, præcipuè casûs obliqui; ut, Περαίας, id eſt, ὥρας; & in aliis tam neutris quàm maſculinis.

*Elleipſis* plurium dictionum frequens eſt in Adagiis, Apophthegmatis, & Dialogis præſertim Scenicis; ut, Ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς.

*Pleonaſmi* ſpecies eſt Periphraſis; ut, cum παῖδες vel υἷες uti & χρῆμα, cum genitivo Nominis uſurpentur pro ipſo Nomine; ut, Υἷες Ἀχαιῶν. Μέγα χρῆμα συός.

Apud Poetas nomen *Qualitatis* cum genitivo Perſonæ vel Adjectivo proprio, ipſam perſonam circumloquitur; ut, Ἶς Τηλεμάχοιο.

Accedit hiſce Figuris Syntaxεως Figura diſpoſitionis. *Hyberbaton**, per quam perturbatur ordo vocum in oratione, utpote ſitu non communi; ut, Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς, — καὶ ὄντας ὑμᾶς νεκροὺς συνεζωοποίησε. Eph. ii. 1, 5.

* Ἀνακόλουθον.

## *Figuræ Proſodiæ.*

*Synæreſis* (quæ & Synecphoneſis † dicitur) *Diæreſis* & *Cæſura* ex Latinis notæ.

*Syſtole* longam corripit; non rarò αι finalem ante conſonam; ut, Οἴκαδ' ἱκώμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

*Diaſtole* (ſive Ectaſis) brevem producit; frequentiùs ante liquidam vel aſpiratam, ſeu conſonam, ſeu vocalem; ut, —Μέλος ἀείδω.—ἴδον αἰόλον ὄφιν.

*Antipodia* eſt quâ pes pro pede ponitur; ut cùm Spondæus in quinto loco Hexametri conſtituitur, unde verſus dicitur Spondaicus; ut,

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Et alii pedes aliter.

*Brachycatalexis* ſive *Acatalexis* eſt quâ ſyllaba vel pes

† Et Synizeſis quæ vocalem brevem ante longam collidit, ut θεισιν ἐπεζευγμένος. Interdum longam ante brevem & longam ante longam, ut finalis eadem dive die

Subſtantiva in -ιον triſſyllaba ab Oxytonis rectis vel obliquis diſſyllabis profluentia, acuunt penultimam: ut, Στρουθίον, παιδίον.

www.libtool.com.cn

*Antecircumflexa* ſunt utplurimùm finita in -αιος, -ειος, (deducta ab Oxytona) -αιος, -ωος, -οιον, -ειον, -ωον, uti & Subſtantiva in -ινος ut, Τριταῖος, γελοῖος ἐχῖνος, &c.

Cætera ſub his regulis non comprehenſa ſervant generalem regulam; uti & Compoſita omnia quæ terminantur in brevem, tametſi ab oxytonis vel paroxytonis nata; ut, Παμποίκιλος, φιλόσοφος.

Quævis compoſita in -ος cum α, δυς, & ευ (octo circiter exceptis) tonum habent in priori; ut, Ἐυάζωγος, δυσάζωγος, &c.

Attica omnia à vocibus in -ος purum nata, ſervant tonum originis; ut, Λεὼς à λαὸς. Acuendo etiam antepenultimam tametſi ultima ſit longa; ut, Ἵλεως, ἀνώγεων.

*In cæteris Declinationibus.*

Nomina in -αν, -ιν vel -ις, ῖνος, -ας, άδος in -ην, -ηρ, -ευς, -τυς, & -ω oxytona ſunt; ut, Τιτὰν, ἀκτὶν vel ἀκτὶς, λαμπὰς, λεχὼ, &c. Item ἐγώ.

Sic & fœminina in -ις -ίδος. Exceptis Fœmineis in -τις quæ ſequuntur accentum maſculinorum in -της.

Adjectiva in -ης, -εος & in -υς acuunt ultimam; ut, Ἀληθὴς, ὀξύς. Sed hyperdiſſyllaba in -ήκης, -ήρης, -ώκης, -ώδης & -ώλης ab ὄλλυμι cum paucis particularibus in -ης ſequuntur generalem regulam.

Derivativa in -ων ab Indefinito ſecundo vel Perfecto medio, Localia & Nomina Menſium in -ων, finita etiam in εδων & ηδων, Verbalia in -εμων, hyperdiſſyllaba in -εων, -υων, -υμων cum particularibus multis in -ων ſunt oxytona; ut, Σταγὼν, νυμφὼν, ἀηδὼν, ἡγεμὼν, ἀγὼν, &c.

Compoſita cum monoſyllabo verbali ſecundæ Perfecti paſſivi finita in -ς, in -ξ, etiam & -ψ, ſi componantur cum Præpoſitione terminatâ in vocalem, unâ cum compoſitis ab εἷς, acuuntur fine; ut, Προβλὴς, κατατὴξ, μηδείς.

In

### *In omnibus Declinationibus.*

www.libtool.com.cn

Nomina circumflectunt ultimam, quæ videntur manare à penacutis & contractionem pati; ut, Τιμῆς, γῆ. Itidem & Diminutiva in -ᾶς & -ῦς· ut, Ζηνᾶς, Διονῦς.

Compoſita ex ſimplicibus oxytonis in longam finitis, ſi monoſyllaba non fuerint, ſervatâ terminatione, ſervant tonum in fine; ut, Φορὰ, ἀναφορὰ, βασιλεὺς, μισοβασιλεὺς.

Græco-barbara plerunque ſequuntur accentum ſuæ originis; ut, Ἀβραάμ, Πιλάτος.

Occurrunt nomina non pauca variis notata accentibus, in cæteris prorſus invariata; ut, Ἄγροικος, ἀγροῖκος, *ruſticus.*

Sæpiſſimè autem idem nomen diverſo veſtitur accentu, propter diverſam ſignificationem, quantitatem, declinationem, vel originem; ut, Βασιλεία, *regnum*, Βασίλεια, *regina*; δωδεκαέτης -εος, δωδεκαέτης -ου. Pauca indefinitè ſumpta * âcuunt ultimam, interrogativè, priorem; ut, Ποσὸς, πόσος, ποιὸς ποῖος. * Sic &. verbia : *aliquam* *ποτὲ qua*

Etiam & idem nomen appellativum tonum gerit in poſteriore, proprium ſæpiùs in priore; ut, Τυρὸς, *caſeus*, Τύρος, *Tyrus*: Quin & Adjectivum in ultima, Subſtantivum in priori; ut, Αἰθὸς, *ardens*, αἶθος, *ardor*.

Denique caſus recti ab obliquis pene innumerabiles.

### *De Verborum Accentibus.*

Ex præſentibus ſimplicibus irregularia ſunt tantùm εἰμὶ, φημὶ, & χρὴ, *oportet*. [Adde & Imp. ἐχρῆν.]

In compoſitis Præſens Indicativi & Imperativus per omnia generales ſequitur regulas. Reliqua tempora Indicativi & alii omnes modi ſervant tonum Simplicium.

### Excipe,

1. Quædam, etiam præſentia, à Simplicibus non variant. Pauca ſcilicet ex inuſitatis diſſyllabis δῦμι, κλῆμι, σβῆμι, σκλῆμι. Perſonæ etiam monoſyllabæ circumflexum in compoſitis ſervant: ut, Ἀπεῖς.

ic compo- 2. Nonnulla compoſita, extra Præſens, ſpreto ſim[illegible] cium accentu, ſequuntur generales regulas, viz.

:a ex σχῶ Quæ augentur in initio; ut, Ἕυδον, ἐκάθευδον. [illegible] abjecto augmento redit circumflexus ſimplicis; ut, Ἐ[illegible]

σπαω. θησο, καθῆσο. Quæ etiam vocalem ultimam Præpoſi[illegible] nis abjiciendam retinent; ut, Ὑπόειχον. Sed περὶ & [illegible] non item.

Imperativus Indefiniti ſecundi cujus ſimplex monoſ[illegible] labum eſt, ſi componatur cum Præpoſitione diſſyll[illegible] penultimam acuit; ut, Ἀπόδος, ἀπόθυ.

### *Participiorum Accentus*

Regulares ſunt, exceptis ſequentibus.

Participia in -εις, -ως, -υς, -ες, in -ας verborum in [illegible] & in -ων Indefiniti ſecundi, acuunt ultimam; ut, Τ[illegible] θεὶς, τέ]υφὼς, ζευγνὺς, διδὲς, ἱςὰς, τυπών.

Participium Præteriti paſſivi penultimam ſemper ac[illegible] tametſi ultima ſit brevis; ut, Τετυμμένος.

### *De Adverbiorum Accentibus.*

Oxytona ſunt finita in -η, -υ, -αι, -ει, -δον, -ξ, -ας, -υς, -τος, ut, Ἰὴ, ἀντικρὺ, χαμαὶ, ἀεὶ, &c.

Item derivativa in -ι, -τι, -ςι, τηι, & δα ex δον, Ὀυχὶ, Ῥωμαϊςὶ, σχεδὰ, &c. cum particularibus circ[illegible] 14.

Penacuta ſunt finita in ακις & ακι, -ικα, δρα. I[illegible] in -όθεν vel -όθι, -όφιν vel -όφι. Exceptis quæ ab οἶ[illegible] ἄλλος, παντὸς, ἐκτὸς, ἔνδον dimanant.

Compoſita quoque cum finalibus particulis νυν, πη, [illegible] πε, πω, περ, πως, τοι, ut, Μέντοινυν. Et cum initiali p[illegible] ticulâ ὁπ-. Sic & particularia pauca.

Circumflexa ſunt finita in οῖ, -εῦ, -ε̃, -χῆ, -χῶς, Πανταχῆ, &c. Item monoſyllaba longa ab articulo d[illegible] vata, cum particularibus paucis; ut, Νῦν, &c.

Derivativa in -ως tonum retinent Genitivorum in [illegible] à quibus manant; ut, Πονηρῶς, *improbe*, πονήρως, *labori*[illegible]

Plurimæ dictiones cûm adverbiaſcunt ſervant tonu[illegible] ut, Ἐυθὺς, ἀμέλει, πλησίον. Excipiuntur neutra quæd[illegible]

(1.) In -ες· ſcilicet ab ἔτος omnia regularia ſunt; ut, Ἐξάετες, Sic ἄληθες, ἐπίτηδες. (2.) In -α· omnia facta ex Neutris penacutis in α abjecto ι tonum retrahunt; ut, Τάχα ex ταχέα. Sic σφόδρα tametſi à σφοδρός,

www.libtool.com.cn

Compoſita tonum gerunt poſterioris ſimplicis non Enclitici; ut, Ἐπειδή, οὐδέ. Excipiuntur numeralia in -ιχα, & compoſita ab ἄντι, ἐγγὺς, πάλιν, πάλαι, πρόσθεν, εἶτα, ἐκεῖνα, ut, Ἔναντι, πάρεγγυς, ἀνάπαλιν, &c. Sic ἤγουν, οὔκουν, οὔμενουν.

Particulæ -γέ, -ζε, -σε, item θεν, θε, non præcedente ο, Accentum dictionis cui adhærent loco non movent, ut; Μέντοιγε, Ἀθήναζε, &c. In pluribus itidem -δε, ut, Οἶκαδε· δε autem Adjectivis τοῖος, τόσος additum acuit penultimam; ut, Τοιόνδε, τοσόνδε· circumflexo tamen Genitivo & Dativo; ut, Τοιοῦδε, τοιῷδε· ſed -δε locale rationem habet Enclitici; ut, Ἄϊδόσδε.

Quædam particulæ fini nominum adhærentes, tonum ſuum retinent, abjecto accentu dictionum quæ præceſſerint; ut, Ὁστισοῦν, ὁσοσδή, ὁποιοσδήποτε, ᾡτινιοῦν, &c.

Pauca ſunt δίτονα, ut, αἲ vel αἴ, πρωῒ vel πρῶϊ, &c.

Ancipites (fere penultimæ) correptæ acuuntur, productæ circumflectuntur; ut, ἴσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν. Ἄρες Ἆρες βροτολοιγέ, &c. Huc refer diſſyllaba multa verbalia: & obliquos monoſyllaborum in penultimâ tonum habentes, ut, μῦς, μύες, & μῦες.

Hujuſmodi dictiones oratoribus uſitatiſſimè penacuuntur; ut, ἴσος.

## *Conjunctionum Accentus.*

Conjunctiones Primitivæ & Monoſyllabæ acuuntur, niſi tono carent; ut, Καὶ, πλήν· Sic ἠτάρ, ἀλλά, ἐπεί, ἠέ· Unum οὖν circumflectitur.

Compoſitæ exeuntes, in -γάρ· -δέ, -δή, -μήν, -ό, -ί, oxytonæ ſunt; ut, Τοιγάρ, οὐδέ, &c. Exeuntes verò in -ετι, -οτι, -περ· -τε, -πως, penacutæ; ut, Προσέτι, διότι, &c.

Cæteræ Particulæ conjunctionales accentum dictionis cui adhærent loco vix unquam movent.

www.libtool.com.cn

## *Accentus Præpoſitionum.*

Præpoſitiones omnes tono affectæ accuuntur in ultimâ. Sed diſſyllabae pro Verbis uſurpatae in priori.

Dyſſyllabae etiam omnes (exceptis ἀνὰ & διὰ) poſtpoſitae caſibus, vel ſubſtantivorum vel acceptorum ſubſtantivè, tonum retrahunt, ut, Ἐιρήνης * πέρι.

Accentus Praepoſitionum intercidit eliſâ vocali in quam deberet cadere; ut, Ἐφ' ἡμᾶς. Non item cùm retrahitur accentus; ut, Δόμων κάτ' ἀλητεύοντι.

* Solúm περὶ apud Oratores.

De

www.1btool.com.cn

### *De Quantitate Syllabarum.*

DIPHTHONGI & η & ω naturâ longæ ſunt; ε, ο, naturâ breves; α, ι, υ, ancipites.

Poſitio idem hic valet ac apud Latinos. Brevis itidem ante mutam ſequente liquidâ communis redditur.

Vocales naturâ longæ vel diphthongi communes ſunt ante vocalem ſequentis dictionis; ut, Ἡμιθέῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργει.

### *Quantitas ancipitum Vocalium in prioribus Syllabis.*

A, ι, υ, ante vocales plerunque corripiuntur. Excipe (1.) α penultima nominum in -άων, creſcentium per ο, & fœmininorum propriorum in αϊς longa eſt. (2.) ι penultima nominum in -ίων, -ιος (exceptis comparativis, quæ ferè brevia ſunt) longa eſt; ut, Βράχιων. Sed nomina in -ία penultimam habent communem, ſæpiùs tamen correptam: ut, Σοφία.

A, ι, υ, ante -μα in quamplurimis neutris producuntur; ut, Κλίμα, χῦμα. A ante β, γ, δ, θ, χ, κ, λ, μ, ν, π, ρ, σ, τ, φ, χ plerumque corripitur.

I ante β, γ, δ, θ, κ, λ, μ, ν, π, σ, τ, φ, χ breve eſt. Sed diſſyllaba in -ίνη, & nomina in -ίκη, ίτη, ίτης penultimam producunt; ut, Δίνη, νίκη· excipe δίκη. I ante vel poſt ρ producitur utplurimùm.

Υ ante β, δ, θ, κ, λ, ν, π, ρ, τ, φ, corripitur; ante γ, μ, σ, χ plerunque producitur.

Longa etiam eſt υ in penultimâ verbalium ante τ (paucis in -υτος exceptis) ut, Λυτὴρ, &c. Et in diſſyllabis in * -ύλη, -υνη, -υνος. Et in Adverbiis in -υδὸν.

Anceps diphthongi reſolutæ vel diminutæ corripitur; ut, Παΐς, φυγή.

Ancipitum quantitas in ultimâ vocis rectæ manet plerunque in penultimâ variatæ; ut, Τιτὰν, τιτᾶνος, τιτᾶνι.

Sed nota in *Incremento Nominum.*

Ancipites productæ in recto, ſi declinentur purè, ferè communes ſunt; ut, Δρῦς, δρυός. Sic ναῦς, ναός.

Anceps ante duplicem in ultimâ recti plerunque breviatur in obliquis; ut, Αὖλαξ, αὔλακος· Στὺξ, στυγός.

* Excip μύλη, γι πλυνός.

Sed nomina in ιξ, -ιγος, Gentilia in -ιξ, -ικος, & quælibet in -υξ, -υκος penultimam obliquorum producunt.

Υρ denique longum in recto corripitur in obliquis; ut, Πῦρ πυρός.

www.libtool.com.cn

II. *Incrementum Verborum.* Quantitas penultimæ manet in Præſenti & Imperfecto per omnes voces & modos; ut, Κρίνω. ἔκρινον. Et in temporibus cognatis; ut, Ἔτυπον, τυπῶ.

Quantitas Indicativi ſervatur in ſimilibus temporibus aliorum modorum, uti & in Participiis; ut, κρίνω, -ε, -ειμι, &c.

Penultima Indefiniti primi longa eſt in conjugatione quarta; ut, Ἔκρινεν μέγα νῖκος. Sed in tertiâ conjugatione, penultima tam Futuri quàm Indefiniti primi, frequentiùs brevis; ut, Ἦν σὺ κακῶς δικάσῃς. In verbis autem, quorum thema exit in ω purum, α penultima poſt ρ, vel vocalem, communis eſt. ι & υ ſæpius longæ ſunt.

Penultima Perfecti Activi aut Medii plerunque brevis eſt; ut, Τέτυφα, τέτυπα. Niſi quod anceps thematis trium priorum conjugationum uſu longa vel communis quantitatem retinet: ut, Βέβριθεν ἀλωά.

Penultima tertiæ Pluralis in -ασι longa eſt.

Propria reduplicatio verborum in -μι, niſi obſtet poſitio, brevis eſt; ſed impropria communis; ut, Ἔργα τίθησιν, ἀφίει.

A characteriſtica primæ Verborum in -μι ubique corripitur extra Subjunctivum & Participia Activa.

Υ Verborum in μι in Indicativo ſingulari Activæ vocis producitur, in cæteris corripitur. Sed in Diſſyllabis Vocis Activæ ubique producitur; ut, Ἔδυτην.

Anceps immutabilis ubique producitur quando mutabilis in ſuam longam vertitur; ut, Ἀΐει.

Derivata cum primitivis & compoſita cum ſimplicibus eandem quantitatem plerunque ſortiuntur. Excipe πᾶν, ut, Πρόπαν ἦμαρ.

### *Ancipitum Quantitas in ultimis Syllabis.*

Si anceps ſit longa in ultimâ vocis rectæ, manet longa plerunque in ultimâ vocis variatæ. Si brevis vel communis, quantitatem ſervat in Acc. & Voc. ſingularibus.

Nomina

Nomina quæ duas habent terminationes in recto longa ſunt; ut, Ἀκτὶς & ἀκτίν.

Finita in -α -αν -αρ. in -ι -ιν -ις, in υ, & -υς corripiuntur; ut, Τράπεζα, ἂν, αὐτὰρ, μέλι, πᾶλιν, πόλις, σὺ, βαθύς.

www.libtool.com.cn

Sed producuntur ſequentia (1.) in -α, viz. in -ία, άα, -δα, & pleraque in -ρα, non præcedente diphthongo; ut, Χαρά. Et in -εια, exceptis quæ manant ab Adjectivis in -ης, & Fœmineis; ut, Ἀλήθεια, ἱέρεια. Item in ια, præter verbalia in -τρια. Omnia itidem Fœminina ab Adjectivis in ος præter δῖα, πότνια, ἴα & μία. Dualia denique in -α.

(2.) In -αν Maſc, ut, Τιτὰν, & Adverbia, præter ὅταν *quando.*

(3.) Monoſyllaba in -αρ & -ις, præter δίς, τίς.

(4.) Adverbia oxytona in -τὶ, in -σὶ non item.

(5.) Nomina in -ιν -ινος, -υν -υνος.

(6.) Diſſyllaba pleraque fœminina, acutitona in -ὶς, -ίδος, penultimâ longâ, & hyperdiſſyllaba, penultimâ & antepenultimâ brevibus, producunt ultimam; ut, Κλητ̀ς, κνημίς. In -ις -ιθος omnia; ut, Ὄρνις.

*Ultimo,* Subſtantiva oxytona, quæ declinantur per -ύος [exceptis ἰχθὺς, ὀφρὺς alicubi, ſic χέλυς.]

Finita in -ας & -υρ producuntur: Excipe (1.) corripiuntur in -ας nomina imparisyllabicè inflexa, quæ non formant Genitivum in αντος· ut, Λαμπάς· (2,) Accuſativi plurales in -ας imparisyllabicè flexorum, & Adverbia in -ας.

Hactenus de commmuni loquendi formâ, à quâ duplex fit variatio, per Figuras & Dialectos.

## F I G U R Æ· *Dictionis*

Ex Latinis peti poſſunt, numero ſcilicet novem, quarum apud Græcos frequentior uſus eſt in cauſis ſequentibus.

*Protheſis* τοῦ ε uſitata eſt in verbis; ut, Ἐέλδομαι, ἔειπα.

Primæ ſyllabæ ſeu conſonæ iteratio *Anadiploſis* dicitur.

*Aphæreſis* reduplicationis Perfecti dicitur Ἄρσις· ut, Δέχθαι, δέδεχθαι.

*Epentheſis* τῦ ι poſt ε & τῦ υ poſt ο frequens eſt apud Poetas & Ionas; ut, Ξεῖνος, νῦσος pro ξένος, νόσος.

*Syncope* uſitatiſſima eſt in Genitivis tertiæ, ε, δ, vel τ interemptis; ut, Πατρὸς pro πατέρος, τίγριος pro τίγριδος.

www.libtool.com.cn

*Paragoge* ſyllabæ θα frequens eſt in verbis; ut, ἦσθα pro ἦς· & ſyllabæ φι vel φι in nominibus, quæ proinde indeclinabilia ſunt, ſed per omnes numeros & caſus uſitata; ut, Στήθεσφι, *pectus, oris, ra,* &c.

*Apocopen* uſitatiùs ſuſtinent nomina tertiæ per omnes caſus ſingulares; ut, Δῶ, Αἴαν, pro Δῶμα, Αἴαντος.

Tranſpoſitio literarum. *Metatheſis* crebrò committitur ante vel poſt ρ· ut, Κάρτος pro κράτος, ἔδρακον pro ἔδαρκον.

Commutatio literarum. *Antitheſis* τῦ σ pro ρ, & ττ pro σσ admodum frequens eſt; ut, Πόῤῥω, θάλαττα, pro πόῤῥω, θάλασσα. Mutatio terminationis in Dativis dicitur *Metaplaſmus*; ut, Σάββασι pro σαββάτοις, παρθένι pro παρθένῳ.

*Tmeſis* paſſim apud Poetas & fere ſolos.

Hiſce addenda *Synalœpha*, etiam apud Oratores uſitatiſſima; nempe in fine dictionum Vocalis naturâ vel uſu brevis (apud Poetas etiam αι diphthongus) ante vocalem vel diphthongum ſequentem eliditur; ut, Ἐπ' ἐμέ. Eliſionum pro arbitrio negligunt Poetæ. Oratores conſtantiùs obſervant in præpoſitionibus; apud utroſque tamen περὶ & πρὸ, apud Oratores ἀμφὶ vix mutilatur. *Synalœpha* propriè dicta dictiones (poſt factam Thlipſin, Synæreſin, vel Craſin) in unam contrahit.

*Thlipſis* fit eliſâ vocali, vel per Apocopen; ut, Τἀργύριον· vel per Aphæreſin; ut, Τἀμά.*

*Synæreſis* (tametſi infrequens in hoc caſu) duas vocales in diphthongum contrahit; utrâque ſervatâ; ut, Θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον.

* Καὶ, ſequente ἀ, ἐ, ει, fit κα ſequente οἱ vel ὁ, χῳ.

*Craſis* uſitatiſſima eſt, mutatis vocalibus, vel in unam aliam, vel unâ in aliam, ι diphthongi (ſi exciderit) ſubſcripto; ut, Ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι. Servatur etiam ſpiritus vel ſuperne pictus, vel mutatâ tenui in ſuam aſpiratam. Amittitur frequentius in τυτέςι.

## *Figuræ Syntaxeως.*

Enallage, Elleipſis, Pleonaſmus ex Latinis notæ.

*Frequens* eſt *Enallage* (1.) Numeri. Dualia cum pluralibus

pluralibus cohærent apud Poetas; ut, Καμέτην δέ μοι ἵπποι.

(2.) Caſûs. Voc. pro Nom. ponitur; ut, Ἐυρύοπα Ζεύς.

(3.) Modi. Infinitivus ſæpiſſimè loco Imperativi ponitur; ut, Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως.

Eſt etiam in Nominibus *Enallage* Generis, imò ſimul Generis & Numeri; in Verbis, Temporis & Vocis, ſive Significationis ſatis frequens.

*Elleipſis* Nominis frequens eſt in adjectivis vel articulis fœmininis, præcipuè caſûs obliqui; ut, Πραίας, id eſt, ὥρας; & in aliis tam neutris quàm maſculinis.

*Elleipſis* plurium dictionum frequens eſt in Adagiis, Apophthegmatis, & Dialogis præſertim Scenicis; ut, Ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τάς.

*Pleonaſmi* ſpecies eſt Periphraſis; ut, cum παῖδες vel υἷες uti & χρῆμα, cum genitivo Nominis uſurpentur pro ipſo Nomine; ut, Υἷες Ἀχαιῶν. Μέγα χρῆμα συός.

Apud Poetas nomen *Qualitatis* cum genitivo Perſonæ vel Adjectivo proprio, ipſam perſonam circumloquitur; ut, Ἶς Τηλεμάχοιο.

Accedit hiſce Figuris Syntaxεως Figura diſpoſitionis. *Hyberbaton**, per quam perturbatur ordo vocum in oratione, utpote ſitu non communi; ut, Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκρὺς, — καὶ ὄντας ὑμᾶς νεκρὺς συνεζωοποίησε. Eph. ii. 1, 5.

* Ἀνακόλουθον.

## *Figuræ Proſodiæ.*

*Synæreſis* (quæ & Synecphoneſis † dicitur) *Diæreſis* & *Cæſura* ex Latinis notæ.

*Syſtole* longam corripit; non rarò αι finalem ante conſonam; ut, Οἴκαδ' ἱκώμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

*Diaſtole* (ſive Ectaſis) brevem producit; frequentiùs ante liquidam vel aſpiratam, ſeu conſonam, ſeu vocalem; ut, —Μέλος ἀείδω.—ἴδον αἰόλον ὄφιν.

*Antipodia* eſt quâ pes pro pede ponitur; ut cùm Spondæus in quinto loco Hexametri conſtituitur, unde verſus dicitur Spondaicus; ut,

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Et alii pedes aliter.

*Brachycatalexis* ſive *Acatalexis* eſt quâ ſyllaba vel pes

† Et Syr[...]zeſis quæ vocalem brevem ante longam colli[...]dit, ut θεισιν ἐπειυξάμενος. I[n]terdum longam a[n]te brevem & longam ante longam, in finalis eadem dive[...] dic[...]

finalis deſideratur, *Hypercatalexis* ſive *Hypermetrum* quâ ſuperabundat; parûm imitandæ.

*Dialyſis* eſt quâ dictio in fine verſûs poſita ita diſtrahitur, ut una pars in præcedente ſit verſo, altera in ſubſequente; ut,

Πυκνὰ δινεύοντες ἀπ' ὤραν' αἰθέ ——
——ρος διὰ μέσσω.

## De DIALECTIS.

Dialectus eſt loquendi forma, varia à communi & certæ cuidam provinciæ ſeu populo peculiaris.

Dialecti numerantur vulgò quatuor; *Attica*, *Ionica*, *Dorica*, & *Æolica*, quibus addatur *Bœotica*. *Poetæ* omnes miſcent pro arbitrio, & ſuam inſuper ſuo jure cudunt.

Variationes Dialecticæ ſpectantur per ſingulas Grammaticæ partes.

### *In Orthographia.*

Sic et ores ut, αδμίνος.

*Attici* (ut infrequentiora omittamus) pro ρ poſteriori ſæpe ſcribunt σ, ut, Θάρσος. Pro σ etiam ξ in σὺν & inde natis. Pro σ medio, non rarò * δ, ut, Ἴδμεν. Pro σσ, ττ, ut, Θάλαττα, & pro ει, η· Amant plurimùm ω· *Contractionibus* & *Craſi* imprimis gaudent, etiam in diverſis vocabulis.

*Iones* pro ν penultimâ frequenter ponunt α, ut, Μέγαθος, τάμεω· Pro π in interrogativis & Redditivis κ, ut, Κόσα. Pro σσ, ξ, ut, διξὰ pro δισσά. Aſſumunt ι poſt ε & ω poſt ο· & gaudent Metatheſi; ut, Τέτρατον· ſed præcipuè reſolutione diphthongorum & Circumflexarum vocalium; ut, Κληισθεντες pro κλεισθέντες. ψαλέω pro ψαλῶ. Itaque contractionibus abſtinent. Vocalis ipſis uſitatiſſima eſt η.

*Dores* fere ubique ſcribunt α pro η· ut, Ἅλιον· nec rarò pro ε & ω, ut, Ἅτερος, πρᾶτος pro ἕτερος, πρῶτος. Viciſſim & η pro α, ut, Κἠγὼ, θάημα pro κἀγὼ, θέαμα· κ pro τ, ut, πόκα, ὄκκα pro πότε, ὅτε· τ contra pro κ, ut, † τῆνος pro κεῖνος· ν pro λ, ut, ἦνθε pro ἦλθε· σ pro θ, ut, σεὸν pro θεὸν· σδ pro ζ, ut, παίσδειν· α pro οι vel ω· ut, πᾶμαν, κᾶρος· interdum ων pro αυ, ut, ἐμωυτῶ.

† τηνὶ ἐκεῖ.

τέυ ſed ευ pro ου fere ubique. Dilectiſſima his vocalis eſt α.

*Æoles* (ut Dores) pro η ſiſtunt α, idem & pro ο, ut, ἄσσα pro ὅσσα· pro α ε, ut, θέρσος pro θάρσος· pro δ ζ, ut, ζιαβάλλειν· pro ο ω, & è contra; ut, ὄμοιος, ἔρος pro ὅμοιος, ἔρως· pro μ π, ut, ὄππατα pro ὄμματα· & e contra; ut quidam volunt. Extrito etiam ι diphthongi conſonam ſequentem geminant; ut, χέῤῥες, ἔμμι pro χεῖρες, εἰμί.

www.libtool.com.cn

## *In Etymologiâ*

Numerus Dualis *Æolicè* tollitur penitus.

In *Articulis*, pro οἱ & αἱ præpoſitivis dicunt *Dores* τοὶ ταί· pro ου ſubj. ὅτου *At.* ὅτευ. *D.* ὅτεω *I.* ὅτεο & ὅττεο *P.* Pro ῳ, ὅτῳ *A.* pro ὧν, οἷς· ὀτέων, ὀτέοισι *I.* Cæteræ Articulorum variationes agnoſcentur ex declinationum analogiâ.

In *Nominum* declinatione Primâ, pro α dicitur η *I.* pro η, α *D.* & *Æ.* pro ου, εω *I.* α *D.* ευ *Æ.* αο *Æ.* & *B.* ω *P.* pro αν & ην maſc. εα *I.* pro ων, εων *I.* αν *D.* αων *Æ.* & *B.* pro αις ῃς & ῃσι *I.* αισι *D.* pro ας maſ. εας *I.* pro ας Pl. fœm. αις *Æ.* In Secundâ declinatione, pro ου, οιο *I.* ω *D.* pro οιν, οιϊν *P.* pro οις οισι *I.* ως & ος *D.* pro ους, ος *D.* ως *Æ.* pro *Atticis* G. & D. ω, ῳ, dicunt *P.* ωο, ῳο. In nominibus formæ mixtæ, pro εα, ω *A.* ῶν *Æ.* ουν *I.* Nom. Pl. ὡς *Æ.* ut, αἰδὼς δισσαὶ, *Alcae.* In Tertiâ declinatione, pro υν, υα, *P.* pro σι, τοις *Æ.* (penultimâ ου vel ει verſâ in primogenium ον vel εν) ut, γερόντοις pro γέρουσι.

In Primâ Contractorum, pro εα Acc. ſing. ην *A.* In Secundâ Contr. pro ι penultimâ in obliquis ε *I.* η *P.* pro ε penult. à nominibus in ευς vel υς, η *I* ει *Æ.* ι *B.* *Attici* & *Poetæ* contrahunt εις, εας, in ης. In penultimâ ὀλωπαθῶν formæ κέρας *Iones* ponunt ε pro α, ut, κέρεα.

*Adjectiva* duarum terminationum *Attici* flectunt per tres, etc. (Vid. p. 13. l. 25.)

In *Pronominibus* Primitivis, pro ἐγὼ, ἔγωγε *A.* ἐγὼν, ἐγώνη, ἐγώνγα *D.* ἐγῶν *Æ.* ἰώγα. ἰωνγα *B.*

In Duali, ἄμμε *D.* & *Æ.* In Pl. ἀμὲς, & ἄμμες, ἁμῶν, &c. *D.* ἄμμες ἄμμων, & ἀμμέων, ἄμμιν & ἄμμε *Æ.*

Pro σὺ. τὺ τύγα, τύνη *D.* & in obliquis τεῦ, τοί, τί.

In Duali ὔμμε *D.* ὔμμε *Æ.* & proinde in Plur. ὔμμες, ὔμμιν, ὔμμας, *D.* ὔμμες, &c. *Æ.* Sed notandum eſt ε termi-

terminationem genitivi ſingularis omnium Primitivorum efferri per ιο et οιο *I.* ευ *P.* εοθεν et εθεν *A.* et *P.*

Pro ἕ, ἑὲ *I.* μὶν et νὶν *D.* Sed μὶν Poeticum [uti fere et ἐμὶν et τὶν in ſing.] indeclinabile eſt et per omnes obliquos omnibuſque in numeris uſitatum.

www.libtool.com.cn

Pro σφᾶς, σφὲ et ψὲ *D.* pro σὸς, τεὸς *D.* pro ὃν, ἑὸν *P.*

*Dores* à propriis ſibi nominativis pluralibus nova cudunt poſſeſſiva, ἁμὸς et ὑμός. Sic et σφός.

*Iones* in οὗτος et αὐτὸς et inde compoſitis interſerunt ι ante vocales longas vel diphthongos (*excepto Nominativo plurali) ut, τουτέου, ἐμαυτέω, &c.

*Excipiunt & quidam Numerum Dualem.

*Attici* addunt ι ad rem præſentius indicandam; ut, οὑτοσὶ, τουτὶ, ταυτί. (Sic et in Adverbiis; ut, νυνὶ) Sed nota hoc ι ſemper acuendum.

In *Verbis* variantur Dialecticè vel Augmenta, vel Literæ Mediæ, vel Terminationes.

*Augmenta* (1.) Mutantur; Syllabicum in Temporale, et immutabiles ει et ευ in η, ηυ *Attice*; ut, ἤμελλον pro ἔμελλον. *Attici* etiam loco reduplicandarum λε et με in quibuſdam adhibent ει, ut, εἴληφα, εἵμαρμαι.

(2.) Multiplicantur. *Poetæ* præponunt † ε temporibus quovis modo inchoatis; ut, ἔειπα, ἔηκα. *Attici* etiam temporibus augendis ab ο inchoatis; ut, ἑώρων. Idem in verbis ab α, ε, ο, incipientibus duas priores geminant; ut, ἐρήρεικα. Et ſi poſtea tres ſyllabas exceſſerit dictio, tertiam corripiunt; ut, ἐλήλυθα pro ἐλήλευθα. *Iones* etiam in utroque Indefinito utuntur reduplicatione per omnes modos; ut, τέτυψα, κέκαμον· quod et ad Fut. 2. quandoque extenditur; ut, τεταγῶ.

†Quod & in nominibus, ſi ad verſum etiam fuerit, faciunt, ut, ἔϊσος.

(3.) Auferuntur. *Ionice* ε ut, τεῦχε, ὀλέκοντο. Nec raro cum augmento reduplicatio; ut, βλῆτο pro βέβλητο.

Variantur *Literæ Mediæ*. Futura polyſyllaba in ισω *Attici* efferunt in ιῶ. ut, ἀφοριῶ (unde in Mediâ voce -οῦμαι) *Dores* in ιξῶ, ut, καθιξῶ, λογιξῶ.

*Attici* etiam è quibuſdam Indefinitis primis abigunt σ (et quandoque ſervile ν) ut, ἔχευσα, ἔχευα, ἔχεα.

*Æoles* Fut. in ρῶ reddunt per ρσω Barytonum; ut, ὀρῶ, ὄρσω.

In Pluſquam perfectis activis penult. tertiæ pluralis corripiunt *Attici*: ut, ἐτετύφεσαν. *Bœoti* cæteras, ut, ἐτετύφεμεν.

Ω γε-

Ω penultimam primæ pluralis Subjunctivi Activi *Poetæ* in ο mutant; ut, τύπτομεν pro τύπτωμεν.

In penult. Participiorum fœmininorum -ους- fit -οισ- *D.* ut, παθοῖσα, λιποῖσα· Et alibi; ut, ὑπακοίσω.

www.libtool.com.cn

Paſſiva quædam præterita in σμαι *Attici* σ ſpoliant, ut, κεκόνιμαι unde κεκονιμένος. Iidem è contra à verbis in νω deducunt perfecta in σμαι, ut, μεμόλυσμαι.

*Poetæ* in Indef. 1. paſſivo reſumunt ν; ut, ἐκλίνθη.

In *Terminationibus* mira varietas.

In *Voce Activâ*. *Attici* ſecundis ſingularibus quorundam in Indicativo addunt θα, ut, οἶσθα (quod & *Aeoles* faciunt in Subjunctivis; ut, τύπτησθα.)

Primas plurales in ν finitas *Dores* efferunt per † ς, & tertias plurales in σι per ντι, ut, πίνομες, τεύχοντι, τετύφαντι (& *Bœotice* τέτυφαν.) Quod & in verbis in μι obtinet; ut, ἱστάντι, * τιθέντι. Et in Fut. ut, δωσοῦντι.

Numerum Sing. & tertiam Plur. Imperf. & Indef. 2. *Iones* efferunt per εσκον, εσκες, εσκε, abjecto ut plurimùm augmento; ut, κρύπτεσκον -ες -ε. Sic & Indef. 1. τύψασκον. Eorundem temporum tertias plurales *Bœoti* terminant in σαν· ut, ἐτύπτοσαν, ἐτύψασαν, ἐτύποσαν.

Pluſquam perfectum (ſed perfectum rariùs) *Iones* & *Bœoti* efferunt per -εα, -εας, -εε.

In Imperativo; *Attici* pro tertia plurali Præſentis & utriuſque Indefiniti utuntur genitivo plurali participiorum; ut, τυπτόντων, τυψάντων, τυπόντων pro τυπτέτωσαν, τυπέτωσαν. τυψάτωσαν. Pro ε terminatione Indef. 2. dicunt *Dores* -ον, ut, εἶπον pro εἰπέ.

In Optativo. Indef. primi ſecundam & tertiam ſing. & tertiam plur. *Aeoles* efferunt per -εια, -ειας, -ειε -ειαν, quæ forma *Atticis* dilectiſſima, ut, λέξεια -ειας -ειε -ειαν.

In Subjunctivo. Tertiis ſingularibus in η deſinentibus ι ſubſcriptum adſcribunt *Iones* interſerto σ, ut, τύπτησι.

Infinitivos quoſlibet in -ειν & ναι *Iones* efferunt per ἔμεν *Attici* & *Dores* per ἔμεναι, ut, ἀκουέμεν, ἀκουέμεναι, ἴμεν & ἴμεναι pro ἀκούειν, ἰέναι· correptâ diphthongo; ut, θέμεναι δόμεναι ex θεῖναι, δοῦναι.

Pro ειν dicunt hic *Dores* εν, ut, γαρύεν.

Participii perfecti terminativum ως fit ων *Aeolice*.

In Voce Paſſivâ. Secunda ſing. temporum in μαι

† Sic αἰ μὲς D. p αἰὲν, μὶν, ς alibi p ν final.

* Sed ἐν et pro ἐς et εἰσι.

Sic in v Media. anti-

antiquitùs efferebatur per σαι, ut, τύπ]εσαι· unde *Ione* extrito σ, † τύπ]εαι. Communes contraxere in η, pro qu tamen *Attici* ει.

† Et in Subjunct, τύπτηαι.

www.libtool.com.cn

Pro μεθα *Dores* dicunt μεσθα· *Aeoles* μεθε vel μεθεν.

Pro θησαν *Bœoti* θεν [& pro * ησαν vel ασαν, εν, αν.]

* Imo et εσαν in ον.

In Perf. & Plu. perf. *Iones* formant tertiam plur. à ter tiâ ſing. interſerendo α ante ται vel το· ut, ἐψάλαται tenui, ſiqua præceſſerit, verſâ in ſuam aſpiratam, & σ i characteriſticam Indef. 2. ut, τετύφαται, πεφράδαται à τέ τυπ]αι, πέφρασαι· correptâ etiam, ſiqua fuerit præceden vocâli longâ vel diphthongo; ut, πεποιέαται, τεθέαται Quod tamen pro verſûs ratione vel faciunt vel negligun Poetæ.

Poetæ etiam *Ionas* imitati eodem modo formant tertia plur. in aliis temporibus tum Indicativi, tum præſerti Optativi, at Optat. longam non corripiunt; ut, τυπ]οίατ

In Imperativo tertiam pluralem in σθωσαν *Attici* contrahunt in σθων, ut, ἐπαιρέσθων.

* Vel formant à tertiâ ſing. addito ν.

In Subjunctivo: Vocalibus circumflexis utriuſq Indef. *Ionice* reſolutis *Poetæ* interponunt ι & retrahu accentum; ut, pro φανῶ, φανέω *I.* φανείω *P.* Unde etia φανήω -ήης -ήη *P.*

In Voce Mediâ; *Dores* Fut. 1. cujuſvis conjugation terminant in ῦμαι & εῦμαι, ut, κεισοῦμαι -εῦμαι.

In Contractorum Primâ; *Dores* contrahunt αει in ut, ὁρῆς, quod & *Attici* imitantur in ζῶ, πεινῶ, διψῶ χρῶμαι. *Aeoles* ι ſubſcribendum adſcribunt; ut, γελαῖ γελᾷς. *Poetæ* ante α contractorum interponunt α, ut, τ μάασθαι· ante ω contractum, ο, ſi brevis præceſſerit, ω longa; ut, πηδάω. ὁρόω, βοόωσα.

In ſecundâ, *Iones* ει contractum reſolvunt quandoq in εο, ut, ποιέεσθαι. *Dores* contrahunt εο in † ευ, u καλεῦσα.

† Sic et αν primæ, ut, γηλεῦσα.

*Attici* & *Aeoles* in ſecundâ & tertiâ conjugatione, Optativi contracti vertunt in ην, ut, ποιοίην, χρυσοίη Quod & in omnibus imitantur *Dores*, οι, penultimâ ver in ω, * βοῴην, ποιῴην, χρυσῴην, -ῴης, -ῴη, ῴητον, &c.

Infinitivos efferunt *Aeoles* per ς retracto accentu; u γέλαις, φρόνεις· ου tertiæ verſo in οι, ut, ὄρθοις.

Cætera Contractorum agnoſcentur ex Analogiâ B rytonorum.

* Forma hæc in primâ conjug. *Atticis* uſitata.

In Verbis in μι *Bœoti* reduplicationem efferunt per ι, ut, τίθημι.

*Poetæ* etiam vocali exorſis reduplicationem à communi diverſam abjiciunt; ut, ἀλάλημι, ὀνίνημι.

Η penultimam ex ε natam *Aeoles* in ε reddunt μ geminato; ut, * τίθεμμι. *Bœoti* in ει, ut, πεφίλειμι. * Sic ἰμι

Tertia ſingularis Præſentis Indicativi *Dorice* exit in τι, ut, ἵςατι, τίθητι, δίδωτι. Tertia pluralis in ſecundà & tertiâ in εασι & οασι *Ionice*; ut, τιθέασι, διδόασι.

Optativum primæ *Poetæ* flectunt per -ῃην -ῃης, -ῃη, &c. & tertiæ per -ῳην, -ῳης, &c. *Attici* & *Poetæ*.

Cætera intelligi poſſunt ex Analogiâ ſuperiorum.

In Adverbiis. Dialecticæ variationes Adverbiorum ab Articulis oriundorum peti poſſunt ex iis quæ dicta ſunt ad Articulos.

Δὲ particulam finalem *Attici* mutant in δὶ & δή.

*Poetæ* in penultimis Adverbiorum quæ deſinunt in θεν vel θε interponunt σ, ut, οὐρανόσθε. Multa variè augent; ut, ἐχθὲς, τίη. Alia minuunt; ut, τίπ͡λε pro τιπο͡λε. Σ & ν finalia pro arbitrio tollunt; ut, χῶρι ὄπισθε. Adverbia in θεν *Aeoles* terminant in α, ut, ἄτερθα.

In Conjunctionibus pauciora variant. Αἶκα pro εἴκεν *Dorice*. Ἦμος itidem & τῆμος *Dorum* propria ſunt, & Poetarum fere Infinita.

Præpoſitiones quaſdam augent Poetæ, ι vel inſerto vel abjecto; ut, ὑπεὶρ pro ὑπὲρ, εἰν & ἐνὶ pro ἐν, προ͡τὶ (& πο͡τὶ *D.* πρὲς *Ae.*) pro πρός. Alias terminant in αι, ut, ὑπαι, παραί. Alias mutilant, etiam ante conſonas; ut, πὰρ Ζηνός.

Denique plurima ſunt indeclinabilia (ſeu Adverbia, ſeu Conjunctiones, ſeu, ut, quædam videntur, Præpoſitiones) certarum provinciarum & præcipue Poetarum propria; ut, πάμαλα *A.* κάρ͡τα *I.* ὄφρα, ἄντα, ἄντην, ἀντικρὺ, &c. *P.*

*In Syntaxi.*

Nominativus cum Articulo apud *Atticos* pro Vocativo ſumitur, & è contra Voc. pro Nom. *Attice* & *Poetice*.

Item, Adjectivum maſculinum pro communi, & concordat proinde cum fœminino; ut, κόσμιος γυνή.



Iidem

Iidem dualibus fœmininis familiariter jungunt Articulum maſculinum; ut, τὼ ἡμέρα.

Et gaudent plurimum Participiis (præſertim pro verbis Infinitivis) uti etiam Pleonaſmis quibuſdam, viz.

www.libtool.com.cn

Articuli Præpoſitivi, quem et Adverbiis abjiciunt ad augendam ſignificationem; ut, τὸ πάλαι. Indefinitarum particularum, qualia τὶς, ὅσος, &c. ut, ποῖος δέ τις: Verbi etiam φάναι quod ſæpe redundat apud *Xenoph.* &c.

*Dores* Verba dualia pro pluralibus adhibent; ut, μαθόντες δὲ λαύροι —— ἀκράαντα γαρεύντον. Et Subjunctivum pro Indicativo.

Pro Præpoſitione εἰς utuntur *Attici* ὡς, ut, ὡς, ἐμέ. (Cætera uſu diſcenda.)

## *In Proſodiâ.*

I. Quod ad *Spiritus.* *Iones* in Præpoſitionibus compoſitis tenues retinent cùm mutas opportuerit; ut, ἀπορίζω.

*Aeoles* pro ſpiritu aſpero utuntur tenui; ut, ἦλιος pro ἥλιος· quandoque et ſuo * δίγαμμα quod valet V. conſonam.

* Ejus figura F.

II. Quod ad *Accentus* Caſus *Attici* Accentum habent in † antepenultimâ, tametſi ultima ſit longa; ut, ἵλεως, ὄφεων. Iidem circumflexos genitivorum et dativorum in formâ ſibi propriâ, in acutos vertunt; ut, λεὼ, λεὼν, λεὼς, pro λαοῦ, λαῶν, λαοῖς. Attici accentum variant, ἑταῖρος, ἐρῆμος, ὁμοῖος, etc.

† Sic et *Ionica* quædam; ut, Βορέω pro Βορέου.

*Dores* nominativos plurales in οι et fœmininos in ες, tertias etiam plurales Indefinitorum in αν et ον penacuunt; ut, ἀνθρῶποι, χεῖρες, ἐλύσαν, ἐλάβον. Quæ etiam communiter Barytona ſunt, plurima circumflectunt *; ut, ῥιπτεῦ, παντᾶ, ἁμᾶ, οὑτῶς pro ῥίπτευ, πάντη, ἅμα, οὕτως. Præcipue Futura prima; ut, ἐξῶ. E contra, Adverbia qualitatis in ῶς circumflexo privatæ penacuunt; ut, κάλος.

* Sic & τᾶν pro τήν.

*Aeoles* etiam in multis nominibus, verbis, et participiis accentum ex ultimâ in penultimam vel antepenúltimam, etiam ultimâ longâ retrahunt; ut, πόταμος, βάσιλευς, τέτυφως pro ποταμὸς, βασιλεὺς, τετυφώς, Verborum circumflexo in acutum mutato; ut, ὄρω pro ὁρῶ. Iidem denique *Pronomen* ἐγῶ circumflectunt.

III.

III. Quoad *Quantitatem Dialecticam;* A *Doricum*, natum ex η, longum eſt, ſed *Æolicum* breve. A *Ionicum* in penult. Præteritorum & tertiis pluralibus breve eſt; ut, ἵϛαα, ἐψάλαται· ſed interpoſitum in verbis contractis & in tertiis pluralibus verborum in μι longum eſt; ut, τιμάασθαι, τιθέασι.

Poetica Licentia vocales ex contractione natas corripit; ut, οἱ κόριϛ ἄχρι κόρυ. Eadem α ex ε oriundum producit. Conſonas geminat, vel peregrinam interſerit (mutatâ quandóque vocali) ut producat ſyllabam; ut, ἔδδεισεν, ἴσχω ab ἔχω. Et revera neſcit limites.

www.libtool.com.cn

I

ι (vado) I. 2. ἦν, tertia pl. ἴασι, Μίεμαι Cognata v. in εἶμι *eo*.
ἵεμαι venio, ἵξομαι, ἶγμαι, I. 2 m. ἱκόμην, ab ἵκω.
μι (ſcio) ut ἵσημι, niſi quod ſæpe abjicit ι, ut, ἴσον, ἴσμεν, tertia pl. ἴσασι. Imp. ἴσην tertia pl. ἴσαν. Præſ. p. ἵσαμαι ſæpiùs, unde ἐπίσαμαι, ἠπισάμην, ἐπισήσομαι.

www.libtool.com.cn

K

ω, καύσω, I. 1. ἔκηα & ἔκεια, &c.
μαι, κείσομαι, ἐκείμην. Κέομαι *Poet.* pro quo & κείω.
ομαι, κιλήσομαι, ἐκελησάμην.
αίνω (perficio) ἐκρήηνα, Perf. m. κεκράαμαι), ἐκραάνθην.
ω (incido) F. 1. κυρσω, I. 1. ἔκυρσα.

Λ

γχάνω λήξω, ἔλαχον à λήχω, Perf. λέλογχα, εἴληχα *P.*
αβάνω, λήψομαι, εἴληφα, ἔλαβον (à λήβω, &c.
θάνω, λήσω, Pr. m. λέληθα, Pr. p. λέλησμαι, &c. à λήθω.

M

ομαι (vehementer cupio) μέμαα pro μέμηκα à μάω †,
νθάνω, F. m. μαθήσομαι, μεμάθηκα, ἔμαθον, &c. à μαθέω †.
χομαι, μαχήσομαι & μαχέσομαι, μεμάχημαι. F. 2. μαχοῦμαι, unde Part. μαχούμενος. μαχεόμενος, μαχειόμενος.
λω (curo) μελήσω, μεμέλημαι, (rarius niſi Imperſonaliter.)
λλω (futurus ſum) μελλήσω. ἐμέλλησα, à μελλέω †.
ρομαι (divido -or) εἵμαρμαι (ἔμβραμαι *P.*) Pr. m. ἔμμορα.
νω μεμένηκα, cætera regularia.
ιμνήσκω (recordari facio) μνήσω, ἔμνησα, ſæpius in Comp. In Med. μιμνήσκομαι μνήσομαι, μέμνημαι recordor, à μνάω.

O

ῶ (oleo) ὀζέσω & ὄσω, ὤζηκα. Pr. Med. ὄδωδα, paſſ. ὦσμαι.
ω (aperio) οἴξω. ὤϊξα †, Perf. m. ἔωγα † unde ἀνοίγω quod trifariam variat augmentum, ἀνέῳξα ἠνέῳξα, ἤνοιξα, & ſic in aliis temporibus augendis.
ομαι, οἰχήσομαι, ᾤχημαι & ᾦγμαι.
μαι οἰήσομαι, ᾠήθην, I. 1. m. οἰησάμην & ᾠϊσάμην, etc.
λείρω, οἰκτειρήσω, I. 1. ᾠκτείρησα & ᾤκτειρα ab οἰκτειρῶ.
ιόργνυμι (et μόργνυμι) ὀμόρξω ὤμορχα ὤμορξα.
λλυμι (perdo) ὀλέσω, P. m. ὄλωλα. I. 2. Ac. ὤλον, etc.
ινυμι ὀμόσω ὀμώμοκα pro ὤμοκα, etc. ab ὀμόω †.
ρω ἑώρακα, F. 1. m. ὄψομαι, Perf. p. ὦμμαι, I. 1. ὤφθην ab ὄπτομαι, unde et Perf. m. ὄπωπα.
*λω (debeo)* ὀφειλήσω, ὠφείληκα.

Ὀφλω.

www.libtool.com.cn

Ὀφλω (mulctor) F. 1. ὀφλήσω, Perf. ὤφληκα, I. 1. ὤφλησα, etc.

Π

Πέπαμαι et πέπαμμαι Perf. p. (poſſideo) I. 1. m. ἐπασάμην.
Πάσχω, F. 1. m. πείσομαι et πήσομαι, πέπονθα, I. 2. ἔπαθον.
Πέρδω, I. 2 ἔπαρδον, F. 2. p. παρδήσομαι. Perf. m. πέπορδα.
Πέσσω, πέψω, ἔπεψα à πέπτω.
Πιμπρημι, πρήσω, ἔπρησα, à πρήθω vel πρέω Leg. ἐπίμπρασα.
Πίνω, πόσω, πέπωκα. I. 2. ἔπιον, Perf. p. πέπομαι, etc.
Πίπτω, πεσοῦμαι, πέπτωκα, à πέτω et πτόω, I. 2. ἔπεσον.
Πυνθάνομαι (audio, interrogo) πεύσομαι, πέπυσμαι, ἐπυθόμην.

Ρ

Ῥέζω, ῥέξω et ἔρξω. ἔοργα pro ἔῤῥογα, Pl. p. ἐώργειν, etc.
Ῥέω (fluo) ῥεύσω, ἔῤῥευσα, I. 2. p. ἐῤῥύην, etc. à ῥυέω.
Ῥέω vel ῥημι (dico) vix uſitata niſi in I. 1. p. ἐῤῥέθην et ἐῤῥήθην, in Indic. per η ſolum in reliquis modis. F. ῥηθήσομαι.
Ῥήγνυμι (ῥήσσω, Γ) ῥῆξα, Perf. m. ἔῤῥωγα, caet. reg.

Σ

Σεύω (moveo) σεύσω †, ἔσευσα et ἔσευα, Perf. p. ἔσσυμαι.
Σπένδω, σπείσω, ἔσπεισα, ἔσπεισμαι, etc. à σπείδω †.

Τ

Τίκτω F. 1. m. τέξομαι, Perf. τέτοκα, I. 2. ἔτεκον, Perf. p. τέτεγμαι &c. à τέκω †
Τιτραίνω (perforo) τετρανῶ † pro quo τετρανέω, I. 1. ἐτέτρηνα & ἔτρησ à τιτράω †.
Τρέχω, θρέξω. ἔθρεξα, I. 2. ἔδραμον, δραμοῦμαι, δεδράμηκα, δέδρομα, &c. à δρέμω †.
Τυγχάνω (adipiſcor, accido) τεύξομαι, ἔτυχον, à τεύχω Item τετύχηκα ἐτύχησα à τυχέω. Τυγχάνω (ſum) I. 2. ἔτυχον. In compoſitis plura.

Υ

Ὑπισχνοῦμαι, ὑποσχήσομαι. ὑπεσχόμην, Perf. p. ὑπέσχημαι, &c.

Φ

Φέρω, F. οἴσω. Ind. 1. ἤνεγκα, 2. ἤνεγκον ab ἐνέγκω, Perf. p. ἠνεῖγμαι ἐνήνεγμαι. I. 1. p. ἠνέχθην. Perf. m. ἐνήνοχα. etc.
Φημί, φήσω, ἔφην. Perf. caret, Paſſ. φάμαι, πέφασμαι, †. Dialectic ἠμί pro φημί ἦν pro ἔφην, etc.
Φθάνω, φθάσω, ἔφθακα, Ind. 1. ἔφθασα, I. 2. ἔφθην, etc. à φθῆμι †.

Χαίρω

www.libtool.com.cn